

400 LIB. III. STAT. IV. POST MORT.

Quid vero de suffragiis, hoc est, de orationibus, Eleemosynis, Missæ sacrificiis, & aliis operibus pietatis sentendum est, quibus animas in Purgatorio dicunt sublevari?

Extincto purgatorio; isthac omnia quoq; pro mortuis praestanda officia, simul extinguntur. Cum enim post mortem nullus sit talis intermedius status; unde liberari possint: conficta quoque ejusmodi conficta liberationis media evanescent. Adde quod Missæ sacrificium, in se idola-tricum, & in Christi unicum propitiatorium sacrificium extreme contumeliosum est.

Cum igitur neq; in veteri Testamento Limbum: neq; jam, post hujus vitæ exitum Purgatorium esse concedas, quo perveniunt igitur animæ defunctorum?

Ut nuper dictum:

I. Piorum animæ, in Sinum Abrahæ, seu manus Domini colliguntur, ibiq; solatio fruentes, cum gaudio, gloriosam corporis resurrectionem præstolantur.

II. Impiorum vero animæ, in locum tortmentorum præcipitantur, ibiq; cū terrorē & trepidatione horribili, futuro judicio reservātur. Luc. 16. 2. Petr. 2. 9. Novit Dominus pios de tentatione eripere: Iniquos vero in diem judicii reservare cruciandos.

Heb. 10. 26. Voluntariè peccantibus nobis, post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quedam expectatio judicii, & ignis amulatio, quæ consumptura est adversarios.

De

loc. V

De hac re
quarti stat

V

De ill

suffragia rei
zone dubiu
tione:

Tu res

enim
axemorit
Invocare

Qu

Vener

Non a
cellorum
entas ret

Papati
mulata f

Sed
precelle
buin E

tatione
vitatio
hadem
tudini

1.C
Chrissi

Cu

DFG